

**EKSAMEN I LAT4303 Senantikk og middelalderlatinsk prosa og poesi
HØSTEN 2013**

Oppgaven består av 3 sider.

Tirsdag 17. desember (4 timer) **Ingen hjelpemidler**

Alle spørsmål skal besvares

Oppgave 1

- a. Oversett følgende utdrag fra *Historia Norwegie*:

Quadam uero uice dum christiani causa commercii apud Finnos ad mensam
sedissent, illorum hospita subito inclinata expirauit. Vnde christianis multum
dolentibus non mortuam, sed a gaudis emulorum esse depredatam, sese illam cito
adepturos ipsi Finni nichil contristati respondent. Tunc quidam magus extenso
panno, sub quo se ad profanas ueneficas incantaciones prepararet, quoddam
uasculum ad modum taratantarorum¹ sursum erectis manibus extulit, cetinis atque
ceruinis formulis cum loris et ondriolis nauicula eciam cum remis occupatum,
quibus uehiculis per alta niuium et deuexa moncium uel profunda stagnorum ille
diabolicus gaudus uteretur. Cumque diutissime incantando tali apparatu ibi
saltasset, humo tandem prostratus totus niger ut ethiops, spumans ora ut puta
freneticus, preruptus uentrem uix aliquando cum maximo (fremore) emisit
spiritum. Tum alterum in magica arte peritissimum consuluerunt, quid de utrisque
actum sit. Qui simili modo, sed non eodem euentu suum implens officium –

¹ *Taratantarum* - sil



namque hospita sana surrexit – et defunctum magum tali euentu interisse eis intimauit: Gandum uidelicet eius in cetinam effigiem inmagnatum ostico gando in preacutas sudas transformato, dum per quoddam stagnum uelocissime prosiliret, malo omine obuiasse, quia in stagni eiusdem profundo sudas latitantes exacti uentrem perforabant. Quod et in mago domi mortuo apparuit.

- b. Sett utdraget inn i sammenheng; hvordan er verket bygd opp, og hvor i verket befinner vi oss her?

Oppgave 2

- a. Oversett følgende utdrag:

Verum enim vero cum in eius vicinitate Vesegotharum applicuisset exercitus et ad Honorium imperatorem, qui intus residebat, legationem misisset, quatenus si permetteret, ut Gothi pacati in Italia residerent, sic eos cum Romanorum populo vivere, ut una gens utraque credere possit: sin autem aliter, bellando quis quem valebat expellere, et iam securus qui victor existeret imperaret. Sed Honorius imperator utraque pollicitatione formidans suoque cum senatu inito consilio, quomodo eos fines Italos expelleret, deliberabat. Cui ad postremum sententia sedit, quatenus provincias longe positas, id est Gallias Spaniasque, quas pene iam perdidisset Gizericique eas Vandalorum regis vastaret inruptio, si valeret, Halaricus sua cum gente sibi tamquam lares proprias vindicaret.

- b. Hvilket verk er utdraget hentet fra, og hvem er forfatteren av dette verket?

OPPGAVE 3

- a. Hvilke språklige trekk karakteriserer middelalderlatinen og skiller den fra klassisk latin? Gi en oversikt over de viktigste forskjellene.
- b. Pek på middelalderlatinske trekk i utdragene i oppgave 1 og oppgave 2 ovenfor.